

gaudent quiete post morsum; et patrocinantes invicem in obsequiis, obliti sunt offensarum. Cum igitur sapientum sit proprium insipientes honeste sufferre, sapientiam et amicitiam vestram rogamus attentius, quatenus, honore vestro et antique et moderne dilectionis intuitu, quod gestum est, cum a sapientibus non processerit, mitigantes iram non revocetis ad animum; tamen si nos forte sentitis obnoxios, super hiis vos arbitratores et iudices facientes, nosmetipsos sub examine vestro supponimus. Considerantes quod licet offendatur Deus, ~~fest~~ nichilominus pater et dominus. Item quod non offuscatur aurum inter spinas manens, nec eius decrescit claritas conculatione pedum, nec per in honestum tactum eiusdem qualitas transmutatur ».

Lay. Init. 9. Presentatis igitur et lectis litteris antedictis, cum nuntius responsonem instantissime postularet, ipsam dare pisana potestas penitus denegabat, inferendo minas, si coram eo amplius compareret. Lite itaque inter pisanos et lucenses orta, paciente Domino, tempore procedenti, qui plerumque digna factis reddit contra iura viventibus; venerunt legati lucenses viri patrocinium postulantes instantissime florentinis; cum pisani, tanquam leo rugens querens quem devoret, ipsorum terram violenter intrassent, et hedificassent castra duo, Montemorectum silicet et Planectolem, ad eorum iniuriam et non modicam lesionem, et crederent Tusciam totam sibi subicere, expoliando florentinos et iuxta cutem Lucam radendo. Recesserunt tum legati gaudiosam domi responsonem referentes. Pisani vero rerum auditione gestarum fortius solito indignati, ex omni parte Tuscie et Lombardie congregatis amicis et subditis, prope castrum predictum Montemoritum venientes, temptoria fixerunt, castella lucensium indebitate devastando; non recordantes unde sumpsit Florentia nomen et ethimologiæ Luce potentis. Lucenses vero venientes, iuxta flumen Sarni castra locaverunt, ut ferebatur, hoc pretextu⁹; quod non posset a florentinis promissio serviendi cum honore negari.

(Liberum, cap. Cap. 10. init. 10.) His igitur per legatos lucensium Florentie relatis, denuo postulantes auxilium et assenserentes, cum exercitus utriusque partis non per miliare distarent, separationem esse non posse sine periculo personarum et honoris et rerum omissione; petebant diem certam, ut diurni florentini mores expostulant, assignari: quibus propositis allegatis, dominans direxit litteras Pisas in hunc modum:

(Liberum, cap. Cap. 10. init. 10.) « Sapienti viro/pisanorum' potestati, O. (1) Dei gratia florentinorum potestas. Percepimus pluribus referentibus, quod in cor nostrum vix potuisset ascendere, nisi hoc operum approbasset effectus, quod vos super principio velocius et audaces in processu, non considerantes exitum futurorum, lucensem intrastis hostiliter comitatum, haedicando castella in eodem ut in proprio, et terras et villas et arbores contra iuris ordinem devastando. Cum igitur lucenses coniuncti sint nobis sicut ungula carni, et expediat nobis ne possessionibus vel iure priventur, cum simus invicem membra, significamus vobis, quod proxima die dominica iter arripientes, venire non tardabimus, rationes eorumdem, precursore Domino, defensuri ».

(Liberum, cap. Cap. 10. init. 10.) Qui taliter respondit: A. (2) Dei gratia pisani potestas. Omnibus presentes litteras audientibus innotescat, quod nos usque ad diem dominicum quiescemos, expectantes eos qui nos compellant desistere ab opere quod incepimus ».

(1) Otto da Mandello, milanese.
(2) Era allora potesta di Pisa Alberghetto, o Alberigo Pandimiglio, trivigliano.